

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Peter Hinckelmann Joachim Henning

**De Papismo Disputatio Anasceuastica Quarta. Continens praecipuos Romanae
Synagogae errores refutatos, quos ea foveat in articulis De Communicatione
Maiestatis, De Ascensione In Caelos, Et Sessione Ad Dextram Patris, De Que
Religiosa Carnis Christi Adoratione**

Rostochii: Litteris Reusnerianis, 1607

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756802504>

Druck Freier  Zugang



P. Hinkelmann.
R. M. theol. 1607. 8.

	Contentas	
①	Joh. Enslinii, De deo uno et vero	1607
②	Joach. Henningius, De communicatione maiestatis	1607
③	Joach. Fischerus, De peccato originali	1607
④	Heid. Kirchovius, De arbitrio boni	1607
⑤	Joh. Redekerius, De discriminatione legis ev.	1607
⑥	Hermann. Tectorius, De justificatione	1607
⑦	Joach. Jordanius, De bonis operibus	1607
⑧	Josua. Intellivius, De sacramentis	1608
⑨	Joach. Henningius, De sacramento coenae	1608
⑩	Heid. Kirchovius, De sacr. confirmationis	1608
⑪	Jobst. ab Huda, De traditionibus	1608
⑫	Paul. Brinio, De votis monachis	1608
⑬	Nic. Fridericus, De adiaphoris	1608
⑭	Honor. Hamerius, De oratione	1608
⑮	Petri. Loft, De indulgentiis	1608
⑯	Joh. Albinus, De morti	1608

1. b.

DE PAPISMO
DISPUTATIO ANASCEUASTICA
QUARTA.

Continens præcipuos Romanae Synagogæ erro-
res refutatos, quos ea fovet in articulis

De

COMMVNICA-
TIONE MAIESTA-
TIS, DE ASCENSIONE IN CÆ-
LOS, ET SESSIONE AD DEXTRAM PA-
TRIS, DE QVE RELIGIOSA CARNIS
CHRISTI ADORATIONE.

Reverende facultatis Theologica in Academia
Rostochiensi consensu:

Moderatore & Doctore S S. Spiritu:
Sub Praesidio

M. PETRI HINKELMANNI
Verbi Divini ministri:

ad privatam συζήτησιν proposita

M. IOACHIMO HENNINGIO
Lubec. Saxone.
Horis locoq; consuetis s. Idus Septemb.

ROSTOCHII,
Litteris Reusnerianis An. 1607.

Co
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16





DISPUTATIO IV.

DE COMMUNICATIONE MAIESTATIS, OMNIPOTENTIAE, Omniscientiae, & Omnipresentiae, ho- minis IESU CHRISTI.

THESEUS

I.

Gloriosissimus, & unicus Thesaurus hominis Christiani, sit Mediator Dei & Hominum IESVS CHRISTVS, in quo omnes Thesauri Sapientia & Scientia, sunt absconditi, Coloss. 2. v. 3. cuius delectabili intuitu etiam se pascere cupiunt Angelii. Pet. 1. v. 12. sane quid ad summam felicitatem p̄ys & salutem suam scientibus animis accedere potest magis, quam ut hinc divitias se oblectent, inq; ejus boni contemplationem assidue veniant, in cuius rectâ agnitione omnium bonorum hereditas & vita eterna posse so est reposita? Ioh. 17. v. 3.

II. Cum itaq; de mirabili & arctissima Unione duarum naturarum & communicatione Idiomatum in genere, in ceteris filiis Dei praecedenti disputatione egimus, non satis factum desiderio nostro existimamus, nisi de novo piam aliquam & placidam oīcōnū instituamus, in qua ea que in hoc sublimi mysterio meditatione digna supersunt, pleniū possemus rimari.

III. Siquidem, quod omni dolore majus & acerbius, experimur, hostem salutis & animarum nostrarum, in eripiendo hoc thesauro, quam homines in affermando, multo circumspectiorem esse & vigilantiorem.

A 2

Illus

Co
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16

Illis enim securis, inimicus non dormit, sed capta oportunitate illa, errorum tenebris plusquam Cimmerijs in Ecclesiam Dei invexit, tūm demum unico & certo salutis pignore se defraudare non posse existimat, si illum articulum nobis obscurum, aut incertum reddat, ex quo de salute nostrā certi esse tantum possumus.

IV. Et quando crudelis ille Latro adversus divinam Christi natūram, frustrā se vibrare hastam videt, exaltatam ejus in Divinitate humanitatem in mancipijs suis adoritur, auferre ab eacupiens splendorem Majestatis, Omnipotentia, Omniscientia, Omnipræsenzia, & cetera dona, verè & realiter carni à Deitate communicata.

V. In quo notanda antiqui Serpentis astutia, nunquam illum confidare fortius, aut sibi in membris suis, ijsq; maximè inter se disjunctis & contrarijs, magis constare, quām cūne a adversus Christum Domini in coniurationem convençrunt, Psalm. 2. Exemplum manifestum in Papicolis & modernis Calvinianis habemus, qui quidem in ceteris fideli articulis, separatis quasi capitibus, ut vulpecula Samsonis, in diversum trahuntur; sed hic colligatis caudis commune miscent incendium. Quippe festiviorem utraq; factio nullum habet ludum, quām si Iesu Christo Mediatori nostro detrahendum aliquid sit de potestate & honore, ipsi à patre concessō, Dan. 7. v. 14. Matth. 28. v. 18. Marti 16. v. 15. de q; virtute, divitijs, sapientia, fortitudine, honore, gloria, & benedictione, qua dignus est agnus accipere, Apoc. 5. v. 13.

VI. Quemadmodum autem in politico statu, nemo servorum probus & fidelis, hero suo contumeliam aut injuriam fieri patitur, quin aut vindicet eam aut saltē refutet, ita nequaquam quotquot Christo nomen dedimus, tolerare nobis convenit, si quam sanctissimo & angustissimo nomini ipsius contumeliam inferri deprehendimus.

VII. Quare & nos tantam meritò impietatem detestantes, ut manifestum fiat, quam pertinaciter & perverse adversarij agant: propositus ipsorum erroribus, atq; refutatis, tūm extracta ex solidis scriptura fundamentis Orthodoxa sententiā, tria hæc capita quanta sie-
ri poter-

ri poterit, & brevitate, & perspicuitate, tractanda suscipiemus.

- I. De Communicatione Majestatis,
- II. De Ascensione in celos, & sessione ad dextram patris.
- III. De adoratione Christi in carne.

CAPUT PRIMUM.

De Communicatione Majestatis.

Primus Error.

Proprietates unius naturæ alteri ex vi Hypostaticæ unionis (quæ consistit in sola communicatione subsistentiæ verbi) communicatæ non sunt realiter, sed tantum inde consecuta sunt in Humanitatem Christi dona quædam creata & infusa, quæ non sunt attributa Deitatis nisi per participationem quandam, quomodo etiam nos participamus Dei attributa, per creatas qualitates, licet minus perfectè quam Christi humanitas ea participet.

Bellar.
lib. 3. de In-
car. c. 9. &
10.

REFUTATIO.

I. Nos è contrario afferimus Christum secundum humanitatem suam, propter ejusdem assumptionem in personam filij Dei, non multa sed omnia, non creata sed in creata dona accepisse, non per participationem, velut nos attributa Dei participamus per reatas qualitates, sed per communicationem omnis plenitudinis Divinitatis.

II. Que dua sententie ut è diametro inter se pugnant ita & veram aut falsam alterutram earum oportet esse, (cum simplex veritas sit, & plus uno verum esse nequeat) vera autem illam qua certiori principio potest demonstrari, aut firmiori superstructa est fundamento.

III. Diversa fundamenta diversi modi sentientium sunt, Ratio humana & Verbum DEI, quorum infirmum alterum est & debile, alterum constans & perpetuum.

IV. Rationis dictum sequitur pars adversa in Calvinianorum casta descendens: est enim hec pulchra Bellarmini argumentatio, si communica-

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16

C^o
cantur verè & realiter propria unius natura alteri, & contrà, non
manent distinctæ proprietates nec sunt amplius proprietates sed com-
munitates, quia communicantur, & ita miscentur nature: Et hæc Be-
zæ: Proprium si communicatur jam non est proprium sed commune.

in Colloq.
Mompel-
gart.

V. Quod si verè Gordius ille nodus esset, quem nobis adversarij objet-
unt, quid obstaret, quo minus illū ut olim Alexander ille Magnus, gladio
spiritus, sive oris Christi dissecaremus? dicendo tantum, non ultra pre-
scriptam verbi normā in hoc & similibus mysterijs licere progredi: sed
que scriptura prædicet, tantum credenda, rursum qua stulta & caca
Ratio judicet, rei scienda esse: tūm pateret imperitè nimis confundi,
ab illis principiis, siquidem à ratione procedant, cui in solâ Philosophia
locus detur, & quam veluti curiosam & improvidam divinorum my-
steriorum inagarricem captivandam scriptura paſim inculcat. Verum
liberaliores hac in parte nos præhebimus, adeo ut premissis contra hunc
primum errorem dictis scripture, rationes eorum rationibus quoq; refu-
tando haud magnam operam simus insumpturi.

VI. Ad confirmationem igitur sententia nostra firmissima Scriptu-
ra dicta adhibemus: Omnia mihi tradita sunt à patre meo, Matth. 11.
v. 27. Non ad mensuram dat Deus Spiritum. Pater diligit Filium,
& omnia dat in manus ejus Ioh. 3. v. 35. Matth. 28. v. 18. Coloss.
2. v. 3. & 9. Ephes. 1. v. 11. In his & similibus dictis firmiter
tenenda illa est antiquitatis Regula:

Quaecunq; Scriptura dicit filium accepisse in tempore, ratione na-
ture humana accepta intelligit. Deitati enim, cum perfecta sit & sim-
plicissima nil potest addi; nec detrahi, quia omnis mutationis expers.
Unde Leo Epist. 83. Quicquid in tempore accepit Christus secundum
Hominem accepit, cui qua non habuit, conferuntur. Nam secundum
potentiam Verbi indifferenter omnia qua habet Pater, etiā Filius habet.
VII. Porro si demus Bellarmino: Unionem hypostaticā consistere tantū
(ut ipse loquitur) in communicatione subiectivæ Verbi; quarimus
viceſim quomodo unā cum hypostasi, Essentia tñ & nōs non sit communi-
cata, cum eodem auctore, in quoq; omnis ictus in cludit. Quod si con-
cedit

Bellarmino.
De Christo
lib. 2. c. 4.

redit Iesuita, ut certè concedere cogitur, instantia oritur, qua ratione attributa DEI Essentialia, ab Essentiâ DEI aq; ejus communicatione posse, sejungere, cum nihil aliud sine quam ipsa Dei essentia. Valeat igitur nexus: Si hypostasis τε λόγος Christi natura & assumpta est communicata, etiam essentia saltem in filio Dei limitata: Si essentia, etiam essentiales proprietates: Ergo, si Hypostasis τε λόγος est communicata, etiam essentiales proprietates erunt communicatae; sed prius verum ex sententia Bellarmini; Ergo etiam posterius.

VIII. Frivolum præterea & illud est Iesuita; si solus Filius est Bellarm. incarnatus, unio facta est per communicationem ejus, quod est proprium lib. 3. de filii, non ejus quod est alijs personis commune, sed sola subsistentia filii est Incarnat. c. 8. propria Filio: attributa autem omnia essentialia communia sunt omnibus tribus personis: E. Unio hypostatica facta est per communicationem solius subsistentie. R. Quasi verò illud quod commune est tribus divinitatis personis, non posset esse quoq; singulis proprium. Sic essentia toti Trinitati communis est, propria vero singulis personis. Quod qui negare audent, negant etiam Christum dici propriè Omnipotentem, Omnisicium, Iustum, Misericordem, &c. quoad divinitatem: quod sane non facerent Iesuitæ, nisi prorsus delirarent, aut se aperios Christi hostes ostenderent.

IX. Intere à solvant, quem ipsi sibi fabricarunt nodum; Hypostasis τε λόγος est communicata E. & essentia τε λόγος & essentialia attributa sunt communicata.

Secundus Error.

Lutherani sentiunt quod Humanitas in Christo eadem ratione omnia habeat, qua divinitas, quasi humana natura mutata & abolita sit.

REFUTATIO.

I. Egregie hic adversarij committunt crimen falsi siquidem id nobis tribuunt, quod fidei nostra neutriquam αναλογον esse agnoscimus. Neq; enim eodem modo humanam naturam cum divina omnia habere assertimus, neq; cum Eurychete ullam naturarum confusionem statuimus.

Tertius

Co
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16

II. Testis falsoe indicti criminis inter alios est, Vir Reverendus & de
de duab. in Ecclesia benè meritus D. D. Chemnitius, qui, tantum abest ut naturas
Christo na- confundat, ut etiam proprietates à se invicem accurate distinguat.
turis c. 1. Proprietas inquit essentialis divinae Nature, in aeternum non sit essentialis
humane natura & contraria.

III. Discernimus igitur diligenter inter Idiomata humane naturae,
que propter unionem, persona tribuuntur, & inter Idiomata divine
naturae, que propter eandem unionem Humane naturae communica-
ta sunt. Vbi hec notanda; 1. quod Humana natura non est assumens
sed assumpta.

2. Humana natura nihil contulit divinitati.

3. Divinitas humanitatem assumpsit, assumptam perfecit, exal-
tavit, magnificentia sua ornavit, & realiter suas proprietates ei com-
municavit, verum tali discrimine: 1. Ut, que divinitas habet & in
essentiali, humanitas habeat i& ex parte potentia.

2. Qua divinitas habet ab aeterno, Humanitas acceperit in
tempore.

3. Qua divinitas habet in se ipsa, Humanitas habeat ex gratia.

IV. Eutychetis igitur ut pernicioſissimum & à nobis alienissimum
errorem detestamur: Humanae naturae essentialiam communicari in divi-
nam, & ab ipsa quasi absorberi. Dicimus autem Humanam naturam
manere & tenere proprietates corporis naturalis, verum prater &
supra illas divinae naturae magnificientia illam ornari, quia in & oīs ac
τῷ λόγῳ & sic quoq; in ejusdem gloriae & maiestatis communionem as-
sumpta est.

V. Ex quibus liquet quid respondentum sit Roberti calumnia:
Humanam Naturam non in se & per se consideratam, non ex se
naturaliter, essentialiter, formaliter, habitualiter, vel alio quoconque
terreno modo illa omnia habere, sed personaliter h. e. secundum mo-
dum hypostaticæ unionis, quatenus cum τῷ λόγῳ una facta est hypostasis,
qui seipsum toti humanitati communicavit. His ita generaliter pra-
missis, ad tractatum singulorum attributorum in specie descendemus.

Tertius

Tertius Error.

De Omnipotentia.

Christo secundum Humanitatem, finita tantum competit potentia.

R E F U T A T I O .

I. Nos contrâ Orthodoxè sentimus, illam omnipotentiam, qua DEVS omnia quæcumq; vult, ad gloriam sui nominis in cælo & terrâ facit & operatur, Psal. 145. c. 3. assumptæ humana naturæ, verè atq; realiter communicatam esse, idq; sequentibus Scripturæ dictis confirmamus. Dedit ei (scilicet filio Hominis) potestatem & honorem, Daniel. 7. v. 14. potestatē vero eternā paulo post. Potestatē omnis carnis Ioh. 17. v. 2. Omnia mihi tradita sunt à patre meo Matth. 11. v. 27. Omnia subieci pedibus ejus psalmo 8. v. 8. Mihi data est omnis potestas in cœlo & in terra Matth. 28. v. 19. Vbi Christus illud ipsum de se prædicare non dubitat, quod tamquam mendacium nobis obijcere adversarij non erubescunt. Quod si sititur Filius Dei tali quid de seipso testatur, Filio Dei etiam credimus, qui si testimonium de seipso perhibet verum est testimonium ejus, quia scit unde venerit, & quo vadat Ioh. 8 v. 14.

II. Hoc argumentum commentatio suo glossmate infringere nititur Bellarm. dum verba Salvatoris non de nouovix attributorum Dei, hypostaticâ unionē subsecutâ, verum de aeterna & essentiali omnipotentiæ communicatione, qua pater per aeternam generationem Filio suam omnipotentiam communicavit, interpretatur.

III. Verum respondemus, probationem hujus assertionis suae, ipsi Iesu ita adhuc incumbere, quam dum usq; hactenus reperire non potuit, non ita liberales erimus, ut gratis ei quicquam hac in re concedamus. Imò insuper certò & evidenter circumstantia evincunt, hanc data Omnipotentia majestatem Christum sibi vendicare, non quâ simpliciter Ror. sed quâ Ror. incarnatus est, & pricipiè secundum humanam naturam eam intelligi, ex regula Leonis superius positâ, sequitur.

IV. Alterum argumentum pro confirmanda omnipotentiâ hominis

B

Iesa

Co
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16

Iesu Christi suppeditat nobis D. Apostolus ad Coloss. 2. v. 9. De quo-
cung. recte dicuntur, quod omnis plenitudo divinitatis ipsi sit commu-
nicata, illi etiam omnipotentia est communicata. Sed natura humana
in Christo assumpta communicata est omnis plenitudo Divinitatis, scilicet
(ut Paulus loquitur) Omnis plenitudo divinitatis in Christo inhabi-
tat corporaliter. Eadem ergo Omnipotentia quoque est communicata.

V. Non possunt se opponere claritati lucis hujus adversarij, ut non
perstringatur ipsorum acies, imo harent in hoc argumento, tanquam
enarratio implicita aranearum telis. Quia enim Paulus dicit Deitatem
inhabitare (quod Ecclesiastici tanquam de proprio templo interpreta-
ti sunt) necesse est ut sint diversa & distincta, id quod inhabitat, & in
quo sit inhabitatio, alijs Deitas in se ipsa inhabitare aiceretur, quod
sanè turpi adonexus vitio non careret.

Quartus Error.

De Omniscientia.

Christo homini data non est omniscientia. Christus
nequidem in statu gloriose, quatenus homo, καρδιογνωστης
est & cogitationes hominum novit, precessque exaudit, nec
perfectam Dei cognitionem habet, sed quantum in se ipso
est capax, quantumque divina natura humanae reve-
lare vult.

REFUTATIO.

I. Nos contra blasphemam hanc doctrinam rejecimus, & plenissi-
mam omnibusque numeris absolutissimam divinam omniscientiam
Christo secundum humanam naturam communicatam esse, teste scrip-
turæ affirmamus Esiae. 11. v. 1. 2. Vbi in radice Iesse pro-
pheta quasi extenso digito humanam Christi naturam monstrat, su-
per quam habitatus esset Spiritus Sapientie, intellectus, & scientie.
Quod de divina Christi natura neutiquam potest intelligi. Est enim
Christus radix Iesse, & virgultum Davidis, quoad carnem, ac proinde
quicquid de virgulto isto prædicatur, de Humanitate Christi prædicari
necessum est.

necessæ est. Sic Ap̄p̄stolus omnes ihesauros sapientia & scientia in Christo absconditos memorat, Colos. 2. v. 9.

II. Deinde si Spiritus S. datus est Christo non ad mensuram, eundem si unxit Deus oleo leticie pra& consortibus suis, secundum humanam naturam juxta quam unctus est (Deus enim ungit, non ungitur) emni scientia donum illum oportet habere. Sed prius affirmat Scriptura, Psalm. 45. v. 8. Ergo neq; posterius contra scripturam potest negari. Qui locus ut plenius & rectius intelligatur audire libet explicationem D. Athanasij: IESVS CHRISTVS, inquit, heri & hodie idem est D. Athanasi in secula, incommutabilis permanens, & ipse idem ille est qui dat & naf. in accipit, dans quidē ut VERBVM Dei, accipiens verum ut HOMO. Non Oral. 2. cont. Ar ergo verbum quatenus verbum meliorationem accipit. Habuit enim rian. omnia & perpetuo habet, sed homines sunt, qui initium accipiendi in illo & ab illo obtinuere.

III. Postremo evidentissima probatio perit ex Iudicaria potestate Filij hominis, si enim Christus in persecōione rerum judicaturus est viuos & mortuos, & non solum facta hominum, sed & arcanas cogitationes & consilia cordium parfacturus, necesse est ut sit καρδιογνώσης & perfectam omnium rerum noticiam habeat. Sed prius extra omnem controversiam est verum Ioh. 5. v. 22. 27. Matth. 25. v. 13. Ergo etiam posteriorie.

IV. Quæ vero ad contrarie sententia probationem adducunt adversarii scripture dicta Marci 13. v. 33. ubi diem & horam iudicij se nescire Christus ait, & Ioh. 11. v. 34. ubi querit de busto Lazari, ubi posuisti eum. Illa & similia dicta referuntur ad statum Exinanitionis sua, in quo assumptâ formâ servis sponte se humiliare & ad tempus, divina sua majestatis operatione abdicare se se Christus voluit. Et est hac ignoratio non naturæ, sed officij: non intellectus, sed voluntatis.

V. Pergit in suis argutijs adversaria pars: Loca Scriptura quæ ad probandam omniscientiam induci solent utpote Marci 2. v. 8. Ioh. 2. v. 24. & c. 6. v. 64. & 16. 30. & 21. 15. loquuntur etiam de

Co
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16

¶at i Exinanitionis; ergo secundum Lutheranorum sententiam, Christus quā homo, in statu exinanitionis sua scrivit omnia, & quadam ignoravit, quod implicat contradictionem. Vniversalis enim rerum noticia, cum particulari alicuius rei ignoratione non potest stare.

VI. Sed facilis est responso; modo distinguamus inter actum primum & secundum. Habuit quidem Christus Omniscentiam quā Homo semper actu primo, id est quoad esse, non ut actu secundo, id est quo ad operari, tempore enim humiliationis sua nonnunquam ab usu horum donorum abstinuit, nonnunquam etiam, & quando placitum est, in humana naturā lucere fecit radios divina Sapientie, ut actu secundo, divina & sublimia, divino & sublimi modo saperet. Ita actu primo diem illum adventus sui minimè ignoravit, verum acta secundo eum nescivit, quia scire non desideravit.

VII. Instant porro, si Christo secundum humanitatem communicata est divina Omniscentia, quomodo Lucas dicit eum aitate & Sapientia creuisse c. 2. v. 52. quandoquidem divina Sapientia non patitur incrementum aut decrementum. Constat igitur ex illi loco non divinam & infinitam, sed creatam & finitam Sapientiam Christo secundum humanitatem esse datam.

VIII. Ad quod breviter respondemus, scripturam Christo homini duplē tribuere sapientiam. Alteram, que propria quidem est divina naturae, sed ex gratia humane communicata; alteram quo Christi anima naturalis est & propria, iudicemq; formaliter & subjectivam inharet. Secundum utramq; recte Christus creuisse statuitur, sed diverso respectu: De humana dubium non est, quin habuerit suos gradus & incrementa: Quod ad divinam attinet, ipsa quidem per se non crevit, sed crevit manifestatione sui, quatenus in divinam suam sapientiam magis magisque exeruit, donec sublatto prorsus & abolito exinanitionis statu, eam in perfectissimum actum ad dextram gloriae se colligando produxit.

Quintus

Quintus Error.

De Omnipræsentia.

Lutherani mirabilibus labyrinthis se ipsos implicant suā fictitiā ubiquitate corporis Christi , nec explicare possunt, qua ratione Christus homo ubiq; præsens sit, & ad quæstiones de modo respondere reformati.

REFUTATIO.

I. Duo h̄c nobis potissimum ab adversarij obiciuntur : Primum Omnipræsentiam, quam odio nomine Ubiquitatem vocant, nostros Theologos commentos esse : Secundū non posse illos ad Omnipræsentia modum juxta quem homo Christus ubiq; sit, respondere. Verum ad utrumq;.

II. Ad primum quod attinet, militans pro nobis scriptura dicta: ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo , ibi sum in medio eorum Matth. 18. v. 20. Item Ego vobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi Matth. 28. v. 20.

III. Que si ad divinam tantum naturam referre conantur adversarij, ut Christus secundum divinam naturam sit ubiq;, secundum humanam verò, certo & circumscripto loco includatur, faciunt ut parvum modesti & reverenter de hoc sublimi fidei articulo sentire videantur.

IV. Si enim Christus ratione divinitatis sua alicubi statuatur, ubi respectu humanae naturae non sit, sequitur λόγος alicubi extra suam carnem esse & non incarnatum existere, qui tamen extra carnem, ne quidem cogitari, salvo manente unionis mysterio , aut potest aut debet.

V. Cumq; disertè D. Apostolus testetur, omnem Deitatem plenitudinem in Christo των ανθρώπων, tanquam proprio ejus corpore habitare, absurdi illud sequitur, ut quoties λόγος extra carnem constituantur, toutes inhabitatio illa desistat.

V I. Quando verò Christus inquit, Ego relinquō mundum, me non D. Iacob. semper habebitis; vocabula, EGO & ME non de humanitate solummo- Andr. in Thesib. de do (ut adversarij somniant) sed de totâ persona intelligenda sunt, cæna Do- quod mini.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
C
quod nemirum Christus ita reliquerit mundum ut non amplius visibiliter cum Apostolis voluerit conversari.

VII. Verum instant adversarij, τωτολογιαν committi in hoc, siquidem mundum relinquere secundum Deitatem suam invisibiliter non potuit, cum illa nusquam extet visibilis. At nos nihil absurdum in se habere existimamus, si Deitatem Christi primò in naturā humana, deinde quoad extra, in suis effectis visibilem fuisse profiteamur, praesertim cum cundem in modum, D. Ioh. loquatur c. 1. v. 14. vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à patre, id est, vidimus in ipso eam maiestatem & potentiam qua testabatur cum esse unigenitum, & coessentiale semperni Dei filium.

VIII. Hactenus de questione An sit: jam ad modum juxta quem Christum omnipresentem statuimus, respondendum. Distinguimus autem inter triplicem corporis Christi considerationem. 1. physica est, qua corpus Christi physicum naturalibus proprietatibus & affectionibus subjectum fuit, quod patibile appellatur, ut circumscriptum esse certo loco, edere, bibere, ambulare, dormire, in quibus & alijs Christum similem nobis oportuit fieri excepto peccato Heb. 2. v. 17. Altera, qua est gloriosum & imparabile factum post resurrectionem, quomodo & nos conformati erimus ipsius corpori glorioso in altera vita. 1. Cor. 15. v. 49. Phil. 3. v. 21. Tertia est Majestatis, qua in divinitatis consortium assumptum in pari gloria est & majestate cum verbo, vi hypostaticae unionis & sessionis ad dextram Dei. Quod filio Dei soli proprium est, nec cumullo angelorum aut hominum commune. Heb. 1. v. 13.

IX. Ex hac triplici consideratione sequuntur tres modi presentia corporis Christi. 1. physicus & circumscripatus, sicut in terris ambulavit juxta magnitudinem corporis sui. Ad hunc modum pertinent dicta scripture supra à nobis citata, quæ loquuntur de absentia Christi: veluti Relinquo mundum Ioh. 16. v. 28. Item Gaudetam propter vos, quia ibi non eram. Ioh. 11. v. 15. Non est hic surrexit. Matth. 28. v. 6. Marci 16. v. 6. Luc. 24. v. 5. Alter presentia modus est spiritualis & incircumscripatus, qui à Scholasticis vocatur presentia, quares sit alicubi

alicubi definitivè, juxta quam nulla quidem loca occupat, sed secundum voluntatem suam instar visionis humani oculi, soni, luminis & caloris omnia loca perambulat. Hoc modo per sepulcri claustra & obseratas fores itit. Ioh 20. v. 19. Tertius modus est planè caelestis & divinus nobis q̄ imperscrutabilis juxta arctissimam unionem, qua cum τῷ λόγῳ Deo unam personam constituit homo Christus, qui modus ceteros omnes longè superat, & omnes creaturas sibi longè præsentiores habet.

X. Ad questionem igitur hanc de Omnipotentia, respondemus intrepidè hoc tertio modo Christum ubiq̄ præsentem esse.

XI. Unde constat omnipræsentiam quā nos asserimus non esse dextrū quæ capiatur, & ullare includatur, sed esse dextrū quæ capiat & res omnes complexu suo contineat: simulq; diluitur insignis adversario-rum calumnia, quando nobis talēm Omnipræsentiam affingunt, quæ corpus Christi in omnibus lignis, lapidibus, herbis, pīscibus, & alijs creaturis velut inclusum contineatur, aut per universi orbis spacia cuncta q̄ locorum intervalia, propria quantitate quasi velum expan- sum, & in naturā sūa infinitum factum sit. Hec & familia quæ par- tim insulse partim blasphemè nugantur, ad ipsorum mentes & consci- entias potius relegamus quam ut recensendis illis piorum aures & ani- mos velimus offendere.

XII. Si quæ argumenta confirmationis nostra solidiora supersunt, ea ex duobus articulis de Ascensione Christi in cælum & Sessione ad dextram patris petenda erunt; qui indissolubili nexu inter se coherent. Itaq; & nos observata bona lege Methodi, quæ conjungenda sunt, con- junctim etiam tractabimus.

CAPUT SECUNDUM.

De Ascensione Christi in cælum & Sessione ad dextram Dei.

Primus Error.

Christus non ut homo, sed ut Deus sedet ad dextram Dei.

Refutatio

Caput

REFUTATIO.

I. Est hic error, quam videtur, periculosior, si quidem omnem frumentum articuli hujus nobis adimit, eaque afflictas conscientias spe & consolatione privat, quae se potissimum sustentare & erigere debeant.

II. Nisi enim Christus secundum humanam naturam ad Dei dextram exaltatus sit, constare non potest sacertotale officium Mediatoris nostri, quod secundum utramque naturam gerit; non enim pro nobis potest intercedere, & deprecari pro delictis nostris, tum spes nostra quoque frustratur, quae confidere nos jussit, se velle ire & parare nobis locum.

III. Verum huic errori obviā procedimus dictis scriptura, quae utrumque testantur, quod Christus corpore suo in cælum ascenderit, & quod considerit ad dextram Dei Luc. 24. v. 51. Marci 16. v. 19. Act. 1. v. 9.

IV. De modo Ascensionis hoc tenemus, Christum non accipio pū, aut aegrotia quadam, disparitione aut evanescencia, sine ulla loci mutatione, sed visibili & locali motione sursum elevatum, ut paulatim de loco inferiori ad superiorē ascenderit; quod testantur in primis verba ἐπιθέσης Act. 1. v. 9. 11. ἀνέλθοντες Marci 16. αὐτοφέρετο Luc. 24. quae verba Emphatica sunt & totius uerbi ratione assumpta natura demonstrant.

V. De Loco v. seu Termino ad quem Christus ascenderit aperiè Spiratura pronunciat cælum fuisse, quod de sede illa beatorum angelorum & hominum accipiendum esse, ex pura antiquitate docent D. Ambros. in 3. ad colossens. Aug. de fide & Symbolo c. 6. Damasc. lib. 2. c. 8.

VI. Quapropter ratum quidem & firmum manet, Christum glorificato post resurrectionem corpore suo, ad beatorum istum locum commigrasse, quem Lucas paradysum c. 23. v. 43. sinum Abraham c. 16. 22. Matthæus, regnum celorum c. 8. v. 3. Iohannes domum patris c. 14. v. 2. vocant. Verum an per ascensionem Christi in cælum, nihil magis & amplius hac visibili translatione denotetur, de eo quæsto est; ad quam facilis erit responso, si vocabulorum quorundam brevem præmisserimus explicationem.

Dextra

VII. Dextra Dei, ad quam Christus sedet post ascensionem, non est physicum quid & locale, sed infinita Dei potentia, & virtus, quae omnibus creaturis in celo & in terrâ præsens est. *Ys. 63.* dominatur.

VIII. Sedere porro, non localem membrorum, aut corporis situm significat, sed regnare, dominari, ut quemadmodum de Monarcha quodam, aut potente principe Germanicè dicimus: seinen Fürstlichen Sitz haben,) sedbit super sedem glorie sue Matth. 25. v. 31.

IX. Ad hanc dextram Dei, Divina Christi natura non potest dici sedere: Nam cum ipse *λόγος* ab aeterno patre genitus appelletur brachium, & ipsa dextra omnipotentis Dei, Esa. 53. v. 1. quanam exaltationem foret, si quis diceret, Christum secundum divinam naturam sedere ad dextram Dei?

X. Præterea cum sessio ad dextram Dei vocetur *εὐθως*, exaltatio. *Act. 2. εὐθὺς* evectio in summam sublimitatem, dignitatem, & gloriam; fieri non potest, ut ea de divina natura intelligatur, citra Ariani dogmatis impietatem. Altissimus enim non patitur se exaltari.

XI. His præmissis concludimus: Christum in tempore, videlicet ascensionis sue die, exaltatum supra omnes caelos, ad dextram omnipotentis & maiestatis secundum solam humanam naturam, secundum quam aliquid accipere, seu ipsa exaltari & evichi potuit, quod ipsum Epistola ad Heb. luculentè testatur, quando ipsum illum qui minor factus est angelis, dicit gloria & honore coronatum c. 2. v. 9.

XII. Et si verò Orthodoxi quidam Theologi scriperunt, Christum secundum utramque naturam sedere ad dextram Dei, tamen eo sensu id interpretandum est, quod secundum divinam naturam ab aeterno sit in gloria, & maiestate patris, & secundum humanam naturam eidem patri fuerit *αὐτὸν* factus. Hinc Greg. Nyss. dextra Dei omnium creatrix unitum sibi hominem evexit per unionem ad propriam celsitudinem.

XIII. Conclusionis loco piam hanc sententiam anneximus: Vbi vox divina clara & perspicua est, non debet humana mens propter ignorantem modi negare, quod non intelligit, sed reverenter credere, & venerari quod Deo docente, discit.

C Caput

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16

CAPUT TERTIUM.
De Gloriosa Christi in carne adoratione,
Primus Error.

Busaeus in
thesib.

Christus ut homo, cultu latræ, qui soli Deo debetur,
non est adorandus.

REFUTATIO,

I. Fundamentum hujus impietatis jesuitica, ut & Calviniana, quo Christum hominem gloriose adorationis cultu privandum censent, est illud: quod negant proprietates divinae nature humanae verè & realiter esse communicatas; sed eo convulso jam & labefactato in prioribus refutationibus, labefactatur & deicitur universa hujus erroris structura.

II. Nos vero contrà, totum Christum, & quidem Christi carnem in indissolubili unione, non separatim extra nos, sed in & co-sacra filii Dei existentem, unde cum ipso & eis adorandam censemus.

III. Id profitemur moti hisce rationibus: Cuicunq; omnia sunt a patre tradita. 1. qui est exaltatus ad dextram virtutis & glorie, ipsi etiam debetur cultus gloriosus: sed illa omnia Christo, quia homo est, competit: Ergo etiam religiosus adorandi cultus.

IV. Scriptura manifestè hunc sententia suffragia addit, adeo ut dubitare de vero eius sensu non solidum modo sit, sed & perversum & impium. Sic enim Divus Apostolus ad Philip. 2. v. 9, 10. Quapropter & Deus illum in summam extulit sublimitatem ac donavit ei nomen, quod est supra omne nomen, ut in nomine IESV se flectat omne genus, coelestium & terrestrium &c.

V. Num hoc dictum instar invictissimi clypei cunctis adversariis orum telis opponimus. Est enim nomen Iesu officij nomen, Christo mediatori secundum utramque naturam competens, ipsig; homini datum est nomen illud in quo fleti genera debent, quod exemplis eorum, qui Christum in carne existentem adorarunt in his terris, scriptura demonstrat.

VI. Possimus huc magno cumulo Sanctorum quoque patrum sententiis assecurari, quod adoratio Christi in carne existentem, in his terris, scriptura demonstrat.

as referri, Sed sufficient modo pauca. Chrysost. Magnum admirabi. Super Heb.
le, & stupore plenum est, carnem nostram sedere & adorari ab Ange-^{c. 2.}
lis & Archangelis: hoc sapè mente versans Ecstasi patior. Item D.
Ambroſi. Angeli adorant non solum divinitatem, sed etiam Scabellum
pedum ejus. Et paulo post: Nam terram Prophetā dicit adorandam,
quam Dominus Iesu in carnis assumptione suscepit. Sic Auguſt. Sed illi
ad hanc replicabunt, & dicent: Quid, quod carnem ejus quam creatu-
ram esse non negas, simul cum divinitate adoras, at q̄ ei non minus
quam divinitati deservis? Ego Dominicam carnem, inquit perfectam
in Christo humanitatem propterea adoro, quod à Divinitate suscepta,
atq; Deitati unita est.

VII. Ex quibus concludimus manifestam & impiam esse blasphemiam, si quis Christi carnem in persona τῆς λόγου adorandam neget, aut
propter istius adorationem hominem maledictum censeat. IESVM

CHRISTVM oramus, ut ab eis modi blasphemij nos ali-
enus & integros custodiat, inq; veritate sua
perpetuo dirigat, & gloriam nominis
sui vindicet, Amen.



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16



AD


Doctissimum, nec non ornatissimum virum,
Dn. M. IOACHIMVM HENNINGIVM,
de divinitate Christi differentem.

CALLICRATEN Grajo seculo est mirata vetustas,
Quod tenues, tantâ, formicas sculpserit arte.,
Vt vix illarum posset quis cernere partes.
Sed quorsum in lusu magnum conamen inani?
Difficiles quorsum, qui sunt sine fruge, labores?
Quin potius miror thesiū documenta tuarum,
Queis, Ioachime, paras Deitatem ostendere Christi.
Est opus omne tuum: Sathanæ ludibria foeda,
Abstergens, satagis nihil h/c nisi vera fateri.
Quænam Beza sibi, Calvinus, vel Iesuitæ
Somnia finixerunt de Christo, colligis uno
Agmine, & adductis divini floribus horti
In rapidos tandem ventos agis atq; refellis:
Sedula sicut apis volitans hinc inde per auras
Colligit è vario dulces sibi flore liquores,
Et locat in teneris sua mellea muncra cellis.
Callicratis quis nunc ausus superasse negabit?
Perge igitur sacris studijs, Ioachime, favere;
Sic tibi quo cepit faveat fors æqua tenore,
Semper, in immensum famæ sic gloria crescat.

scribebam

Iohannes Trekelius. B.






as referri, Sed sufficient modo pauca. Chrysost. le, & stupore plenum est, carnem nostram sedere etis & Archangelis: hoc sapè mente versans Ecclasi Ambrosi. Angeli adorant non solum divinitatem, pedum ejus. Et paulo post: Nam terram Prophetas quam Dominus Iesus in carnis assumptione suscepit. ad haec replicabunt, & dicent: Quid quod carnem ram esse non negas, simul cum divinitate adorans quam divinitati deservis? Ego Dominicam carnem in Christo humanitatem propterea adoro, quod à Deo & Deitati unita est.

VII. Ex quibus concludimus manifestam & in mihi, si quis Christi carnem in persona τε λόγου adorans propter istius adorationem hominem maledictum

CHRISTVM oramus, ut ab eiusmodi blasphemis & integros custodias, inq. veritatem perpetuo dirigat, & gloriam nominis

sui vindicet, Amen.



erabi Super Heb.
Ange- c. 2.
m D.
ellum
dam,
ed illi
eatu-
inus
ctam
epita,
sphe-
, aus
SVM

032

Image Engineering Scan Reference Chart TE33 Serial No. 032